





1671, 22

22

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE
CATALEPSI,

Quam
Divina adfistente Gratia
Consensu atque Auctoritate Illustris &
Gratiosissimi Ordinis Asclepiadei in incly-
to ad Salam Athenaeo,

PRÆSIDE
VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo ac Experientissimo

DN. JOHANNES THEODORO
SCHENCKIO, Medicinæ Doctore & Theo-
retices Professore Publico Celeberrimo,

Dn. Patrono, Promotore ac Præceptore suo æviternum devenerando,

PRO LICENTIA

Supremisque in Arte Medica Honoribus ac Privilegiis Do-
ctoralibus solemniter & legitimè obtinendis,

*Publica atque placida τῶν Φιλιατρῶν τῶν censura ex-
hibet*

PAULUS CHRISTOPH. MOEBIUS,

Jenâ Thuringus,
IN ACROATERIO MAJORI
ad d. Ὁλιβ. horis consuetis.

JENÆ

Typis JOHANNIS NISI, ANNO MDC LXXI.



DISSERTATIO INVALGURALIS MEDICA

CATALPESI

Divina auctoritate gratis
Consensu acque Auctoritate Illustris &
Gratiosissimi Ordinis Alespiensis in Archi-

PRÆSIDE
VIRO

DR. JOHANNI THEODORO

SCHEENCKIO, Medicinæ Doctore & Theo-

retico Professore Publico Celserrimo

Dr. Patris, Promotore ac Præceptore suo auctorem designando

PRO LICENTIA

supplicando in Arte Medica Honoribus ac Privilegiis Do-

ctissimis solenniter & legitime obtinendis

Paulus Christoph. Moebius

PAULUS CHRISTOPH. MOEBIUS

IN ACADEMIA M. J. J.

ad d. Ocho. Oct. 1721

JENE

Typis Johannis Nees Anno MDCCLXXI





Σὺν Θεῷ.

PROOEMIUM.



Fregia est *Simonidis* sententia, quem dicere solitum Historici referunt: ὅτι λαλήσας μὴ πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δὲ ἔδέποτε, i. e. locutum esse pœnituit sæpè, tacuisse nunquam.

Quadrabit in eum, qui rem arduam juxta ac difficilem propositurus, σιπωολόζον, bombilionem ac futilem se præbet, mera venditat paradoxa.

ὄσασον τ' ἐννεαχίλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχίλοι
Ἀνέρες ἐν πολέμῳ ἔριδα ζυγάγοντες ἀζηθ.

Tantum vociferans quantum novies deciesve mille viri clamare solent, qui prælia miscent.

Velut idem *Homerus Iliad. ε. Martem & alibi Neptunum* vociferantes introduxit.

In re namque gravi, ubi ad ejus sublimitatem solidè prosequendam non suppetit fa-

A 2 cul-



cultas, sæpè tacuisse tutius est, magisque decorum, quàm πολυλογία & inani verborum strepitu inscitiam prodidisse.

Hæc omnia mecum reputans, dum decreto *Illustris & Gratosissimi Ordinis hac in Salana Asclepiadæi* perquam rarum ac portentosum morbi genus **CATALEPSIN** loco **INAUGURALIS DISSERTATIONIS** publicæ *ιατροφίλων* censuræ exponere animum induxi meum, placuit non temerariò multiloquiò abstrusam ejus indagare naturam & pro paradoxo venditare, sed succinctam potius methodi cognoscendi & curandi instituire disquisitionem.

Quod si hallucinari contigerit, vel propterea veniam faciliorem mihi promitto, quod arduum hoc sit opus, cum primis si ingenium parùm exercitatum spectetur. Interea *Ter Sanctum Numen* supplex veneror, faveat conatibus & felices subinde successus gratio-
sè concedat.

CAPUT



CAPUT I

Όνοματολογικόν.

NOmen quasi novimen dictum inquit *Festus*, à no-
sco, quod notitiam faciat. Nam per id, quo ali-
quid nominamus, illud agnoscitur; & naturæ qua-
si lege nomina rebus accommodari debere. *Senex*
Cous lib. περὶ πίχνης auctor est.

Igitur primò omnium non inconcinnè rerum inve-
stigamus *όνοματολογίαν*, quæ complectitur *ετυμολογίαν*, *ο-*
μωνυμίαν & *συωνυμίαν*.

Ετυμολογίαν si spectemus, patet, *καταληψιν* vocem esse
origine græcam, usu verè Latinam, dictam *ἀπὸ τῆς κατα-*
λαμβάνεσθαι, quod passim apud authores est deprehendi,
occupari, detineri, convinci.

Siquidem hoc malo correpti subitò præter omnem
spem & opinionem in *ἐκστασιν* rapti, videntur velut immo-
biles in eodem statu detineri & sensibus omninò vinciri.
Quo de Galen. 4. de locis affectis 2.

Hinc ipsum nomen *κατάληψις* deprehensionem, in-
vasionem, occupationem &c. notat. Sic *κατάληψις τῆς*
ἱερᾶς, invasio templi apud *Demosthenem*: *κατάληψις τῆς βα-*
σιλείας occupatio regni apud *Isocratem* legitur.

Quo ad *ομωνυμίαν*, notandum, *μεταφορικῶς* accipi *κα-*
ταλήψεως vocabulum quando de rebus dicitur quæ sensi-
bus & mente comprehenduntur.

Est alioquin *κατάληψις* vocabulum Empiricis fami-
liare:

liare, ex Stoicorum schola profectum, notans veram ac perpetuam cognitionem teste *Galeno lib. περὶ αἰρεσέων*. Unde apud *Ciceronem de finibus κατὰλήψεις* cognitiones vocantur, & *κατὰλήπτον*, perspicuum *das so klar ist / daß man es greiffen möge*; quæ quidem significatio à priori non est aliena.

Verùm hic loci non videtur metaphorica, sed propria attendi, eo quod causa morbifica in catalepsi peculiari contactu spiritus sensu motivos comprehendat eosque figendo immobiles reddat, adeò ut in quo statu ægrum offendat, vigilantem, edentem, scribentem, legentem, in eo immotum seruet ac si esset congelatus sine sensu motuque.

Indubitatum catalepsis exemplum adfert *Buchananus lib. 6. de rebus Scoticis*, cum scribit: in mediis scalis unus adscendentium subito stupore correptus, ita gradibus adhæsit, ut nec ulla ratione divelli posset & sequentibus vicem præcluderet.

Quod si aliquando *Galenus* catalepsin ad *ἀργυπρον κῆμα* & alios affectus legitur accommodasse, ob quod confusionis genus ab *Argentario* reprehenditur; factum id propterea fuit, quod veteres hujus vocis proprietatem non adeò strictè observarint. Ad *sis Alexandrum Massariam Pract. Med. lib. 1. cap. 15. & Gorrbaum in definit. medicis pag. mibi 216.*

Quin diligenti studio animadvertendum, an catalepsis propriè dicta sit, an verò affectus catalepticus. Duo enim hæc distinctum quid sunt, quod videtur indigitasse *Hercules Saxonia in prælectionibus practicis*, cum non omnes à *Fernelio* allegatas & adductas catalepsis pro veris ac propriis agnoscit.

Συνωνυμία nominum varietatem ostendit. Dicitur enim κατάληψις æquè vulgatò nomine κάτοχῃ ἢ κατοχή, & eo qui detinentur κάτοχοι ἢ κατηχόμενοι, ἀπὸ τῆς κάτοχεσσι detineri. Latini retento græco idiomate catochen & catalepsin nominant.

Diocli aphoniam appellitare placuit; forsan in latiori significatu. Alii cum Platero congelationem & stuporem vigilantem: alii ἐκστασιν; quanquam hæc potius sit vehemens aberratio & motio mentis, differatque à catalepsi propriè dicta.

Cælius Aurelianus apprehensionem vel oppressionem nuncupavit; Archigenes exsolutionem. Germanis non suppetit admirabile hoc morbi genus peculiari nomine indigitare, sed periphrasi metaphoricâ ejus indolem exprimere, petitâ similitudine à ligni, vitri; glaciei vel lapidis duritie & immobilitate; quin imò ab illis qui fulmine percutiuntur, mentis alienatione & frigore stupentibus, wie einer der gleichsam zum Stein / Glas / Holz oder Eis gefrohren / von Donner gerühret oder sonst entzückt ist / vel aliter etiam, prout cuius in hujus descriptione placuerit exercere ingenium.

CAPUT II

Περαγματολογικόν.

Prælibatis quæ circa nomen attendi debebant, præstabit omninò rem ipsam & ejus naturam indagare per conceptionem ideæ sive summariam delineationem & definitionem. Hæc enim (nempe definitio) est terminus, qui rem totaliter includit, & nihil rei est extracui conveniat, nec aliquid est intra cui non conveniat, docente B. Thoma sup. lib. πρὸς ἐσμ. Itaque

Ita verò definiri potest *catalepsis*, quod sit *subita ac momentanea partium corporis plerumque omnium fixatio & immobilitas cum facultatum principum & sensuum externorum læsione diminuta, salvâ manente respiratione, à spirituum animalium immobilitate ortum habens.*

Generis seu formalis rationis vicem implet fixatio & immobilitas corporis cum læsione facultatum principum & sensuum externorum, estque hæc communis doctorum sententia, licet gradibus suis non destituatur, quo de *G. Rolfincius Epitom. cognoscendi & curandi particular. corporis affectus lib. 1. c. 8.*

Varias & admirandas *catalepsis species* adnotavit *Marcellus Donatus in historia medica mirabili c. VII. & Rombertus Dodonaus in observationibus*, quo lectorem benivolam brevitati nunc studens ab lego.

Ex quo liquet ad quam rerum præternaturalium classem sit reducendus affectus, videlicet ad symptomata, quæ quidem non in excretis & retentis, neque in simplici affectu seu qualitate mutata, verum in actione læsa consistunt, & à subtilioribus medicis propriè dicta symptomata vocantur. Vide *Argentarium & Plempium in Institutionib.*

Actionum læsio hæc nunc examinanda, prout non una sed multiplex est, si ipsius affectus natura & varietas attendatur. Etenim ex eo, quod corpus in universum redditur immobile, læditur facultas motrix & quidem *abolitè*. Si manus non nihil moveri possunt, ceu moveri quandoque testatur *Schenckius in observationib. medicinal.* tunc *diminutè*: si *opisthotonus* & motus convulsivi simul observentur, velut huiusmodi compositos affectus annotavit *Rhodius cent. 1. observat. 37.* motricis actio *depravatè* læsa deprehenditur. Unde signis distinctivis opus habet de quibus postea. Parili

Parili modo non eadem semper est actionum læsio facultatum principum & sensuum exteriorum, sed magna est hujus latitudo.

Jam enim aliqui omnem imaginandi potestatem amittunt, memoriam abolitam habent, sensibus externis omnibus privantur, nec magnis clamoribus excitati audiunt, non vident, & si oculi semper sint aperti; siquidem à superiore facultate vis visibilis non apprehenditur.

E contrario quidam audiunt & vident, licet obscure, palpebras tamen & oculos movere nequeunt. Quidam recordantur, imaginantur ac somniant, quemadmodum hōc morbo correptorum varias & horribiles observationes proposuerunt *Paulus, Fernelius, Schenckius lib. 1. observat. medic. pag. 66. Hollerius, Wierus, Zacut. Lusitan. de medic. princ. histor. lib. 1. & alii.*

M. Ofilius comœdiarum histrio, cū in populo admodum placuisset natali die suo, conviviumque haberet, editā coenā in pultario calidam potionem poposcit simulque personam ejus diei acceptam intuens, coronam è capite suo in eam transtulit, tali habitu rigens nullō sentiente, donec accumbentium proximus tepescere potionem admoneret. *Plinius histor. Natural. l. 7. c. 53.*

Caterum disquisitione non indignum videtur, quare tantopere læsā motrice facultate, salva nihilominus maneat respiratio motusque thoracis?

Galenus ipse de hoc miratus 2. aphorism. 42. inquit: *θαυμάσια γὰρ εἰσὶν ὅπως τῶν ἄλλων μυῶν ἀπάντων ἀκινήτων ἐν ταῖς ἀποπληξίαις γινώσκων, οἱ τὸν θώρακα ἀρσέλλοντες, ἢ καὶ μάλιστα, ἀλλ' ἀκίνητοι γὰρ πολλαίς: mirum videtur, qui fiat, ut aliis omnibus musculis stupentibus in apoplexia, soli thoracem moventes moveantur, difficulter licet, tamen sæpè.*

B

In

oilsi In catalepsi non ægrè, sed promptissimè moventur, id quod magis mirandum erit.

Causam hujus motionis *Galenus* reddit duplicem, cum, quod propter motricis imbecillitatem musculi thoracem diducentes cogantur ad mutuam auxilium, tum, quod ob respirationis necessitatem vis nervis contenta excitetur ad motionis actum.

Probabilius illi sentire videntur, qui respirationem actionem non merè animale[m] vocant. Veruntamen cum videam *Magnif. Rolsincium, Praeceptorem meum jugiter venerandum in citata epitome cognoscendi & curandi affectus corporis particulares cap. 4. de apoplexia* docere, quosdam animale[m] omnimodè astruere, eò quod ad animale[m] continuatio non sit necessaria, sed sufficiat primus saltim voluntarius impulsus, placebit & mihi in hac opinione acquiescere.

CAPUT III

Υποκειμενολογικόν.

Subjectum adæquatum est totum corpus, quatenus ex mobili fixum redditur.

Cerebrum fons & origo motus & sensus, aut si mavis, actionum animalium, principaliter affici deprehenditur.

Nam cum actiones animales in omni catalepsi, praesertim exquisita praeter aliis laborent: (quod patet ex totius corporis immobilitate & sensuum laesione) organa etiam ipsorum praeter reliquis affici necesse est, quod ipsum scitè non minus, quam eleganter docet *Trallianus lib. 1. cap. 25. τῆς κεφαλῆς ἐστὶ τὸ πάθος*, inquiens, ἐνθα ἡ ἀρχὴ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς κινήσεως, ὅτι ἡ τῆς κεφαλῆς ἐστὶ τὸ πάθος, δηλοῖ τὸ συμβαῖνον αὐτοῖς ἐν τῆς παροξυσμοῖς ἄπερ αἰκᾶν, ἢ ὄραν, ἢ νοεῖν ἔλασ

ἔλαος ἢ μίμνησθαι ἢ ἰνὸν. διὰ τούτων, ἀλλὰ πῶς αὐθιγῶς ἐπα-
ρῶν κέντην καὶ νεκρῶν ἔδει ἀπὸ χόρτης: capitis vitium est, ubi
sensus motusque origo habetur. Quod autem capitis mor-
bus sit, testatur hoc, quod per accessiones agris contingit. Ne-
que enim audire, aut videre, aut intelligere prorsus aut me-
minisse alicujus possunt, sed omni destituti sensu jacere, mor-
bus non dissimiles.

Interea inter se ambigunt autores, *quam partem cere-
bri primario afficiatur!*

Nonnulli ventriculos cerebri magis molestari con-
tendunt, utpote qui violenter sensu impediunt spirituum
motionem.

Verisimilius de posteriori capitis parte sentire vide-
tur Galenus lib. 4. de locis affectis cap. 2. maxime cum hac
posterior pars cerebri, cerebellum dicta, reliquas inter ce-
rebri partes densissima sit & durissima, duabus membranis
circumsepta, facilius possit exsiccari nervorumque princi-
pio una laeso universum illico corpus rigescat, geletur & in
eo statu permaneat, in quo fuit correptum auctore Pau-
lo, *Agnetis lib. de re medica 3. cap. 10.* Induci autem ab eo
vulgò perhibetur, quatenus pars est similis spiritibus ani-
malibus perfusa, pro quorum dispositione mobili vel im-
mobili pariter moveri vel obrigescere membra contingit.

*Quæsti, an catalepsis eandem cum epilepsia partem
occupet cerebri, eò quod plerumque ex epilepticis fiant
cataleptici & ex his illi.*

Jam verò epilepsia causa præ cæteris posticam cere-
bri partem circa spinalis medullæ exortum infestat, & reli-
quas postmodum partes in consensum rapit; hinc pariter
ut catocæ quæ functionum principum & sensuum exter-
norum læsio est? *respondere possumus, quod non.* Nam

si epilepsia sit, non est catocæ causa, sed si epi-

si epileptici fiunt cataleptici, necesse erit, quod uti forma,
ita & subjecto principali differant. Nec enim hic distin-
ctio valet inter τὸ ἤπλον καὶ μάλλον.

Nisi dixeris medullarem cerebelli substantiam tam
superstitiosè à corticosa separandam non esse, cum sine
hac illa actiones suas exercere atque exserere non possit, uti
ex recentioribus ex ipsa cerebri structura hoc ingeniosè at-
que dilucidè demonstrat *Marcellus Malpigijs tractat. de
structura viscerum.*

Et hâc ratione diligenter dispiciendum, si de princi-
pali parte in catalepsi affecta quæritur, utrum ambæ prin-
cipaliter afficiantur partes cerebri nec ne, vel potius una
per se, altera per accidens laboret.

In catalepsi spiritus animales in medullari cerebri
substantia geniti & stabulantes primariò fixi & immobiles
redduntur, non ita in epilepsia & reliquis capitis affecti-
bus in quodam tertio cum nostro hoc affectu convenienti-
bus, de quorum diagnosi subinceps agetur *capite de signis
diagnosticis.*

Hoc modò cerebrum consideratum duplici ratione
patitur: altera κατὰ πρῶτον πάθειαν, generatâ scil. causâ mor-
bificâ in ipso cerebro; altera κατὰ δευτέραν πάθειαν sive per
consensum, à toto nempe, ut in febribus malignis, item à lie-
ne, intestinis, pancreate, mesenterio, utero, hypochondriis &c.
cerebro communicata; idque contactu vel corporali, vel
virtuali.

Afficitur quoque sud modò cor. Hinc fit, ut per in-
tervalla magnum spiritum ducant ægri, & cedente morbo
suspiriosi excitentur, annuente *Roderico à Fonseca lib. 2.
consult. 92.*

Cætera mediæ & infimæ ventris viscera non sympto-
matis, sed causæ ejus subjectum meritò esse perhibentur.

CAPUT IV.

CAPUT IV.

Αἰτιολογικόν.

ARTICULUS I.

De causa immediata.

Verissimum est, quod apud *Hippocratem lib. de flatibus* extat: Qui morbi cognoverit causam, is utique ex his, quæ in corpore insunt, adeptâ per contraria morborum cognitione, facilè poterit, quæ profunt offerre. Sic è contrariò versabimur in caligine, si causis neglectis, vel saltem postliminiò consideratis, ultrò morborum aggredimur curationes, velut fretorum ignari morbosæ tempestatis fluctuumq; vim evitare non solent.

Proinde, ne videamur ἕσπερον πρῶτον agere, primo omnium licebit affectus nostri persequi causam *immediatam & proximam* qua de maximorum virorum dissentientia offendimus iudicia.

Medicorum dogmaticorum hyperaspistes *Galenus l. 2. apb. 2.* intemperiem cerebri frigidam & siccam causam proximam agnoscit, verum non satis tutò nititur fundamentò.

J. C. Scaliger spiritus inculsat percussos ac receptos in intimos cordis sinus; quem refutat *Sennertus in praxi lib. 1. part. 2. cap. 30.*

Ballonius lib. 2. consil. med. pag. 37. quadrifariàm cætochen cerebrum occupare tradit: 1. Per præsentiam humoris. 2. intemperiem. 3. resolutionem & primigenii humoris spirituumque primigeniorum cerebri absorptionem. 4. fortem aliquam imaginationem rei tristicis, ut spirituum animalium oppressio & dissipatio fiat. Sed nec hic in omnibus satisfacit.

B 3

Quæ

Quæ de profligatione spirituum in nervos cerebro
continuatos profert *Platerus*, parum probabilitatis habent,
licet exemplò rem illustrare conetur.

Magis ad salivam facit *Nicolai Pisonis* opinio, qui de
morb. cur. & cognosc. cap. 13. non cerebri substantiam, pro-
ut *Galenus* autumavit, sed spiritus ipsos animales affici di-
ctitat, dum congelantur, partesque faciunt rigescere.

Clarius hac de re mentem suam explicat *Sennert. loc. cit.* ubi spirituum animalium peculiarem *διαθεσιν*, pro ut
scilicet illi in organis sensus & motus non deficiunt, sed fi-
guntur quasi, immobiles redduntur, ac immoti manent, u-
nò verbò nuncupat congelationem seu immobilitatem;
quam spirituum congelationem & immobilitatem vel, si
mavis, *νάρκησιν* stuporem meritò causam cataleptis *ἀμεσση*
& proximam vocamus.

Congelationis modum explanabit *cap. seq.*

In præsentī monetur *ζήτημα*: An spiritus animales
conjunctim, qui in primo sensorio inque omnibus sen-
suum organis contineantur, hanc patiantur congelatio-
nem, an verò seorsim qui menti & imaginationi inservi-
ant?

Communis opinio est, spiritus animales in univer-
sum congelari, quam tamen reprobant *Sennert. loc. cit.* &
spiritus saltem menti inservientes affici statuit. Quò pa-
ctò id fiat, docet ibidem: Videlicet si spiritus ille, ceu
phantasiæ & mentis proximum organum, figatur & immo-
bilis reddatur, ut sensuum externorum objecta non appre-
hendat, contingere, ut, etsi in organis sensuum externo-
rum spiritus animales adsint, qui objecta illorum percipi-
ant & ad phantasiam deferant, ab ea tamen non percipian-
tur, neque etiam à phantasia tum quasi torpidà & quie-
scente

sciente motum ullum imperari, & si quis ab externo impul-
su fiat, eum non attendente nec gubernante phantasiâ ac-
cidere. Quæ rationes adductæ vel ideò nobis arridere
possent, quod à quamplurimis medicorum primiceriis
mereantur applausum. Verùm unicum exinde fluit quod
scrupulum nobis relinquit:

Nimirum, si soli spiritus phantasiæ & menti inservi-
entes congelantur, ita ut reliqui in partibus salvi maneant,
sequi videtur, quod, qui salvi manent, eorum quoque a-
ctiones animales, quæ in tribuendo partibus sensum &
motum consistunt, non lædantur. Jam verò notum est,
in catalepsi exquisita lædi sensum tactus abolitè in omni-
bus partibus, unde liquet congelationem illam seu *vaporosi-*
on non afficere tantummodò spiritum facultatis superio-
ris, verum per totum corpus diffusum.

An dicendum, vel ideò abolitum spectari, quod non sem-
per dijudicetur, quæ dijudicatio necessariò ad quemvis ob-
jecti externi perceptionem requiritur; an verò quod rigor
ille spirituum *èz à mivis* fiens in primo sensorio, eos qui in
sensibus externis sunt, attonitos quasi & suspensos ad tem-
pus retineat, ut sensum habentes nihilominus tamen non
sentiant? Quo de in conflictu plura.

ARTICULUS II.

De causa mediata proxi- miori.

Causa mediata, quæ spirituum intercipit motum, est
vel humorosa vel vaporosa. Per *humorosam* intel-
ligimus quemlibet humorum vitiosum: Per *vapo-
rosam*

rosam spiritum seu vaporem sylvestrem congelandi vim
habentem.

Posterior καὶ ἐξοχὴν cause mediata proximioris sibi
vindicat nomen; respondet quippe ipsius affectus naturæ;
cum enim subito invadat nec admodum duret, conjicimus
indè materiam vaporosam esse in culpa.

Vapor hic narcoticus seu congelativus non est talis,
qui ratione copiae distendat cerebri membranas & ventri-
culos, sicque motum spirituum præpediat, prout nonnulli
voluerunt; nec qui absolutè debetur qualitatibus manife-
stis, quandoquidem impossibile est dari in corpore ejus-
modi actuale frigidum, quod congelandi vim haberet, sed
ab occulto ac difficulter explicabili dependet principio.

Hujus probabilitatem confirmat fulminis spiritus,
quò subito vinum in dolio congelatur.

Notabile est exemplum, quod de octo messoribus
fulmine tactis refert *Cardanus*, qui sub quercu decumben-
tes atque cœnantes in ea forma, qua prehensi fuerunt, exa-
nimati sunt visi ita, ut unus comedere, alter poculum ori
admovere videretur. Quæ spiritus ratio, si cui mira &
ἐξοχὴν apparet, illi plura hac de re cogitandi ansam
præbet admiranda vis figendi in nitro, vitriolo & pluribus
aliis mineralibus latens. Similiter spiritus in terræ motibus
& è quibusdam speluncis exhalantes, aquas & animalia
protinus rigida reddentes, ceu passim ex autoribus exem-
pla colligi & huc referri queunt.

Facit huc historia quam *Appianus l. 2. de bello civili*
refert cum scribit: Fertur Gomphis quiddam accidisse
memorable, repertos in officina medici nobiles senes vi-
ginti humi jacentes, cum calicibus nullò affectos vulnere,
similes ebriis; unum in sella sedentem ceu potionem me-
dicam porrigentibus aliis.

Chimi-

Chymici congelationem hanc à ζ ali principio deducunt, & quidem à ζ io cremoso permutatiouum gradibus alterato & destillato.

Quemadmodum enim (sunt verba Magnifici Rolsincii) spodium vino injectum extimam vini superficiem congelat, ita hic ζ ius, insitâ vi in rabiem suscitatus, nervis impingitur, corpora constringit & rigida reddit, ut fulgur non vaginam, sed ferrum, non saccum, sed nummos petit.

Petrus congelationem à ζ io Θ is beneficò fieri docet *lib. diss. 7. nosolog.*

Alii Δ resolutum & immoderatus luxurians pro vera causa habent.

Alii Θ latum morbum vocant. Undè *Tboner. Observat. medicinal. lib. 2. Observ. 1.* vim hanc congelativam appellat acidam, vitriolatam ac ponticam, spiritus animales figentem & nervorum tunicas constipantem.

Vapores hujusmodi elevantur ex variis generis humoribus, sive in cerebri substantia corruptis, sive extra eam ab aliis partibus, hypochondriis, utero, liene, & aliis per porositates, arterias, & ipsos nervos communicatis; Sive humor talis sit melancholia secundum *Alexand. Massar. lib. 1. cap. 15.* sive pituita vitrea vel pituita cum bile, uti existimat *Fernel. 5. patholog. 2.* Sive pituita cum sanguine mixta, ut inter alios observavit *Dodon. observ. med. cap. 4.* Sive serum, ceu per anatomen cerebrum posteriore parte hòc usque refertum se observasse scribunt *Scholiographi ad cap. 9. libri. de morb. intern. Holler.*

Sennertus præ reliquis succum melancholicum, utpote naturâ flatulentum ad hunc affectum procreandum idoneum putat, quod itidem per experientiam anatomicam probare ante eum solitus fuit. *Jacotius comment. ad apbo. 7.*

C lib. 2.

lib. 2. coac. Hippoc. in iis qui hōc morbo exanimati, majores venas à posteriore capite ad synciput rectā decurrentes plenas concoctō crassōque sanguine haberent, posterius cerebrum serosā materiā occupatum.

Denique *sanguinem ipsum καὶ ἔγνον* replendo subitoque caput occupando hoc malum efficere testis est *Zacut. Lusit. de med. prin. histor. lib. 1. hist. 41.*

Verūm hanc cataleptis speciem alii potius spuriam quam legitimam vocant; nec videtur sanguis tam mole quam virtute talismodi affectum generare posse. Hinc, quod attinet exemplum juvenis hōc morbo detenti & per hēmorrhagiam liberati, quod ex *Aëtio* idem refert *Zacutus Lusitanus*, dubitamus, an vera is laboraverit catalepti, an verò alio aliquo affectu soporoso.

Secundum principia *Harvejana* circulationi impeditæ hoc adscribitur malum.

Cartesianis fundamentis qui inhærent, hi Spirituum & sanguinis motum inhibitu accusant, cum ab anima rationali glandulæ pineali insidenti influere prohibentur, quod de legesis ejus *tractatum de homine.*

Quomodo triumviralis *Sylvii* humor cerebrum sensusque externi organa impetat, ex *praxi* ejus addisces *medica.*

Acor Helmontii & acidum *Ottonis Tachenii* spheræ suæ bonitatis obliviscentes & ita peregrini & hostiles facti, cerebri potentias hæc consimiliter hebetant & sistunt.

ARTICULUS III

De causis remotis naturalibus.

Causæ quæ ad antecedentium generationem, vel motionem, vel faciliorem susceptionem faciunt, sive sint internæ, sive externæ, referri possunt ad *naturales, nonnaturales & praternaturales.* Natu-

Naturales sunt TEMPERAMENTUM cum totius, tum partium mittentium, imò & recipientium dispositiones, quas *Riolanus* & *C. Hoffmannus* non ineptè intemperies naturales vocarunt.

Per dispositiones intelligimus *hereditarias* pariter & *acquisitas*. Ut, si totius habitus ad frigidum & siccum inclinet, adhuc sit densus, exitum vaporibus intercludens eliminandis. Sic cerebrum frigidum & siccum, quod præterea debile est, ad causas mali fovendas & recipiendas perquam idoneum. Sic viscera coctioni & depurationi sanguinis inservientia eandemque dispositionem foventia multum de culpa participant.

ÆTAS vix nulla ab hoc malo satis tuta.

SEXUS licet neuter immunis, sequior tamen, si ejus temperamentum & varias ab utero ægritudines diligenter examinaverimus, aliquam habere videtur prærogativam.

VITÆ GENUS huc reduci potest *sedentarium ac meditabundum*, quale est studiosorum literis pertinaciter invigilantium. Assidua namque studia præter cruditates & flatus, quorum sunt feracissima, & calorem quem exsolvunt insitum, spiritusque insuper & dissipant & immobiles reddunt, ut non mirum, si catalepsi quandoque incidant. Vide memorabilem historiam *Galenii*, quam de suo discipulo refert 2. in 1. *prorebet. Hippoc. t. 56.* Quo & illud *Fernelii* pertinet exemplum, quod 5. *patbol. 2.* graphicè depingit his verbis: *Unus dum literis & chartis sedulo invigilat, repente catalepsi percussus, ita quidem obrigit, ut sedens calamumque digitis premens, oculis in libros defixis putaretur in eorum studia incumbere, donec vocatus & impulsus deprehensus est omni sensu motuque carere.*

ARTICULUS IV
De causis nonnaturalibus.

EX rebus *nonnaturalibus*, quæ causarum subeunt nomen in catalepsi, primò omnium prodit AER, quem meritò *Galenus* necessarium vocat, propter evitatio-
nis impossibilitatem.

Hic si temperatus & laudabilis, acceptissimum quoque vitalis auræ spiraculum est; si secus se habeat, frigidus, crassus nebulosus & turbulentus sit, imbrisque refertus, non dubium est, quin pronam malo porrigat an-
sam. Similis ex regionum locorumque palustrum vicio oriri potest. Quo faciunt anni quoque tempora au-
tumnale & hybernum.

Congelatorum & per Alpium loca nivosa iter faci-
entium exempla huc reducenda, quatenus illud frigus se-
habet ut causa procatartica, quæ latentem in corpore
causam in actum deducere valet.

Ceterum congelatio ipsa quæ fit à frigore externo
cum nostra cataleptica congelatione parum habet com-
mercii, nisi spiritum Gorgonicum cum *Charletone* admi-
seris, quo flante & penetrante extemplo obviæ res conge-
lantur & indurantur. Talem cum Borea ambulare po-
tissimum, hyberna tempestas confirmat & ita referri forte
hic videtur historia *Curtii* cuius l. 8. meminit.

CIBUS ac POTUS frigidus & siccus, imò crassus pu-
tridus & flatulentus, ut sunt carnes sale conditæ & fumò
induratæ, leguminum genera, cerevisiæ non defecata, vi-
na generosa & vetusta, quæ cerebro maximè infesta, si præ-
ter modum bibantur, malo præbent incunabula.

Ex vino generoso ortam cetalepsin notavit *Platerus*

Prax. lib. 1.

Huc

Huc spectant *medicamenta nimium refrigerantia & exsiccantia*. Item *narcotica* intus & foris adhibita. Contactus attamen torpedinis & fumus argenti vivi stuporem, non catalepsin, efficiunt.

Ex *media* quoque morbum hunc fieri credibile est; præterquam enim, quod humidum radiale absumit, agitando humores caput vaporibus replet.

SOMNUS & VIGILIÆ, quatenus *ille* immoderatus & præposterè instituitur, torpidos reddit sensus & viscera aggravat: *Hæ* pariter, si mediocritatem excedant, corpus resolvunt, & spirituum animalium, quos dissipant, loco cerebrum vaporibus sylvestribus replent.

Eòdem modò QUIES & MOTUS, si mediocritatis limites transgrediantur, vim induunt nocivam, præsertim lucubrationes & vita sedendaria, ut supra dictum, symbolum adjiciunt.

EXCRETA & RETENTA, quorum sanè vi nulla efficacior est ad catalepsin introducendam, si præter naturali modo se habent, quid mali non moliuntur? Dum enim utilia excernuntur, vires insimul & spiritus exhauriuntur, quo fit, ut totum corpus torpescat, ceu videmus in fluxu alvi contumaci, magnis hæmorrhagiis narium, hæmorrhoidum, uteri, vulneribus. Ita feces alvi, urina, sudores, sanguis menstruus, lochia, bilis, mucus narium, lymphæ retenta putredinem concipiunt, sanguinem coinquinant, sicque spiritibus mole non minus quam virtute obsunt.

A suppressione mensuræ morbum hunc originem duxisse experientia comprobavit *Fonsæca lib. 2. consult.*

ANIMI PATHEMATA quale dominium habeant in humores & spiritus neminem latet. *Ira* bilem aggregat.

Tristitia & metus atros pariunt succos, hujus mali fo-

mites. *Gaudium nimium* spiritus dissipat. *Amor* mentem & corpus enervat; hinc ex amore catalepsin observavit *Tulpius lib. 1. observat. cap. 22.*

Rondeletius de puella memorat, quod cum eum, cui nupserat parum amaret, praemœrore, eò affectu fuit corrupta. *Cum absens, inquit, erat maritus, aut de eo nihil audiebat, restituebatur, auditò ejus nomine corripiebatur. Et cum ferret hydriam, recordans mariti, in via sedebat, oculos apertos habeat, larvam aut arte effictam dixisses.*

Terror, fulminis instar, regium mentis & spirituum petit solium, ut eò percussi catalepsin protinus incidant.

ARTICULUS V

De causis præternaturalibus.

Tertium Causarum remotarum genus est rerum præternaturam, ad quarum syllogem spectat cerebri recessus à statu naturali per intemperiem frigidam, & siccam morbosam, partium mandantium vitium, coctio in primis *ventriculi laesa*, sicut & reliquorum viscerum. *Obstructiones hypochondriorum, aut speciatim mesenterii, hepatis, lienis, pancreatis, uteri & hæmorrhoidum.*

Ex hepate & pulmonibus corruptis catalepticum vidisse testantur *Scholigraphi ad Hollerium.*

Ex *vermibus* puellam catalepticam *Alexander Benedictus Veronensis lib. 1. cap. 26.* Ex *erysipelate* malè curato inductam catalepsin memorat *Grembsius Arbor. ruinos. pag. 206.*

Possunt etiam catochen fovere *malum hypochondriacum, scorbutus, hysterica, passio, epilepsia, febres, maligna, quartana & omnes morbi melancholici.*

CAPUT

CAP. V

Διαφορολογικόν.

Quoad differentias RATIONE GENERIS cataleptis
alia est vehemens, in qua actiones principes &
sensus externi penitus abolentur.

Alia levis, ubi læduntur saltem diminutè.

Alia est recens, *alia* inveterata. *Quaedam* acquisita
est; *alia* hæreditaria. Sola quædam, *alia* morbis juncta.

Ratione SUBJECTI *alia* senum, juvenum, viro-
rum, mulierum *alia*. *Alia* totum corpus, *alia* partes plu-
res adfcit.

Ratione CAUSÆ *alia* est per *ιδιοπάθειαν*, dum in i-
pso cerebro latitat morbosum virus, sive in ipso genere-
tur, sive aliunde translatum in ipso stagnet. *Alia* est per
συμπάθειαν. cum vapor congelativus ex inferiorum parti-
tum repagulis, ut ventriculo intestinis, liene, hypochon-
driis, utero prorumpit & ad cerebrum elevatur.

Ratione rerum morbificarum totuplices sunt differen-
tiæ, quotuplices ad malum hoc generandum concurrunt.
Unde *alia* est à melancholia, *alia* à pituita, *alia* à vermibus
&c. à causis externis, re quadam narcotica & extemplo stu-
pefaciente, qualis est fumus lignorum juniperini & taxi,
elychnii extincti attamen fumantis adhuc atque rerum,
graveolentium odor, camerae calce recenter incrustatae &
non dum desiccatae.

CAPUT VI

Σημειολογικόν.

ARTICULUS I

De signis diagnosticis.

Signo-

Signorum tanta est ad medicinam rectè faciendam, vis, ut iis sublatis, fundamenta ipsius sensim collabescere necessum sit. Illa quippe in morbi cognitione nos manuducunt, & quicquid vel in præsens ad illius dijudicationem, vel fausti infaustive eventus prædictionem in futurum spectat, graphicè nobis præfigurant.

Hinc nihil plenius medicum dogmaticum ab empiricis separare dixerim, præter curiosam morborum evolutionem per exactam signorum inquisitionem. Ignavum quidem empiricorum pecus de causis morborum cognoscendis parum sollicitum est, multò minus signorum, quæ à causis & aliunde petuntur, ullam habet rationem: ast genuinæ artis filius gnaviter horum scrutatur conditiones, ne pro apoplectico lethargicum, pro cataleptico syncopiticum curet, sicque temerario prorsus ausu hominum negotietur salutem.

Quod si igitur ita est, quod nunquam securus ille, sed animò perpetim fluctuans medicinam facit, qui neglectis signis, solò remedii paradigmate instructus est, his sanè præ ceteris intentos omninò nos esse de cataleptis curatione dicturos decebit.

Sunt verò duplicia: *Diagnostica & Prognostica.*

DIAGNOSTICA circa affectum versantur vel *imminentem* vel *presentem*. Etsi enim cataleptis sit præceps ac subitaneus morbus, cujus invasiones præter opinionem in momento homines opprimunt, prout *Holler. comment. ad aph. 13. lib. 5. coac. Hippoc.* testatur se vidisse qui subitò, cum integerrimà fruerentur valetudine eò malò deprehensi, ut, nisi interrogati non respondissent, non animadverteretur vitium ab accumbentibus in mensa: attamen negare non ausim imminentem prodere quandoque alios soporosos affe-

affectus hisque familiaria signa, ut sunt capitis dolor & gravitas, sensuum hebetudo, memoriæ læsio, somni turbulenti, aurium tinnitus, pulsus inæqualis, urina cruda multis bullis referta & crassa, vertigo, incubus, carus, lethargus, coma, epilepsia, delirium, febres malignæ, quartanæ, strangulatus uteri, scorbutus, malum hypochondriacum, & quæ sunt alia ex præternaturalium rerum ordine ingravescentia mala.

Videtur id ipsum exinde probabile, quod affectuum soporosorum tanta sit familiaritas, ut unus alterum modo præcedat, modo sequatur, modo juncti conspiciantur. *Sic Rhodius cent. 1. observ. 37. catalepsin cum somnolento comate, opisthotono, furore atque suffocatione uteri vidit.*

Signa quibus coma, epilepsia, catoche & convulsiones mutatis vicibus se proderent observavit iterum *Holler. comment. 2. aphor. 8. lib. 2. coac. Hippoc.*

Præsentis signa I. RATIONE GENERIS pathognomonica sunt subita invasio, fixatio & immobilitas corporis in eo statu quò deprehenditur, à vapore narcotico & congelativo, spiritus animales figente. Oculi sunt aperti & stabiles, palpebræ velut rigentes, abolentur penitus sensuum interiorum & exteriorum actiones in exquisita; in debili minuuntur & torpescunt respiratione ita salva manente, ut per intervalla sæpè magnum spiritum ducant, propter motricis nimirum imbecillitatem. Pulsus paulo fortior est, imò magis æqualis quam in lethargicis. Alvus & urina suppressa sunt, dum ob expultricem sopitam intestina nullum percipiunt stimulum. Ex quibus nunc facilè colligere licet

SIGNA DISTINCTIVA, quæis noster affectus ab Apoplexia, Syncope, Comate, Caro, Lethargo, Uteri suffocatione, Epilepsia, Ecstasi & Paralyfi distinguitur.

D

Et

Et quidem in *Apoplexia* adest partium laxitas, respiratio cum stertore spumante ore, quorum nullum in catalepsi observabis, quin potius rigidum corpus & parum læsam respirationem, nec stertorem videbis.

In *Syncope* oculi sunt clausi, adest præterea insignis oris contractio, in catalepsi oculi aperti & stabiles sunt, neque os contractum.

In *comate somnolento* æger dormit oculis clausis, demissa maxillâ inferiore & hiante ore; excitatus oculos aperit & respondet, mox tamen iterum obdormiscit, partes omnes flaccidæ dependent secus ac in catalepsi.

Coma vigil à catalepsi facillimum est distinguere.

A caro vel hoc saltem differt *catoehus*, quod in illo omnium sensuum actionibus sopitis solus tactus sit superstes, in hoc non item.

A Letbargo quamvis debilis catalepsis non adeò videatur discrepare, adest tamen in illo corporis flacciditas & febris lenta, quorum neutrum in hoc observare licet.

Ab uteri suffocatione eò differt, quod in hac color faciei cadaverosus est, hypogastria dolent, respiratio quandoque videtur prorsus abolita, præcesserunt alia signa, qualia sunt murmura abdominis, horribiles ululatus, cardialgia, melancholia, gemitus, fletus & tristitia.

Fullonis vidit uxorem *Nobilissimus Dominus Præses*, quæ aliquot liberorum jam facta mater, suffocatione uteri per intervalla corripiebatur. Hac ac primum ad futuram eam prædicebat, se ipsam humi ex templo reponebat, extensò quidem atque in dorsum projectò corpore, audiendo & videndo omnia, non tamen loqui valendo, quousque sponte sua paroxysmus recederet.

In *Epilepsia* adsunt motus convulsivi.

In

In Ecstasi pulsus & respiratio obscurantur, ægrique excitati mira proferunt.

II. RATIONE SUBJECTI signa sunt manifesta.

III. RATIONE CAUSÆ cerebrum per *essentiam* affectum declarant symptomata graviora, capitis dolor diuturnus, perpetua oculorum caligo, frequens aurium tinnitus, somni turbulenti, sensuum & motus torpor continuus; paroxyfmi contingunt crebriores ac longiores, post eos plerumque manet capitis gravitas & oblivio, nec in partibus inferioribus evidens malum deprehenditur.

Sympathicam contra arguunt, si signa cerebri per se affecti absunt, si post paroxyfimum cerebri actiones haut ita vitiantur, suntque breviores invasiones.

In *specie* sympathicæ, quæ ex corde, hepate, liene, utero, intestinis, mesenterio & hypochondriis proveniunt, cordis quoque signis dispalescunt. Et quidem COR affectum indicant palpitationes, tremor, anxietas, animi deliquium, pulsus & respiratio vitiata.

Ventriculum produnt dolor, rosiones, cardialgia, tensio præcordiorum, ructus, nausea, vomitus & coctionis primæ vitia.

Si ab **INTESTINIS** proveniat, distenditur abdomen, murmura audiuntur, adhæc aut sicca est alvus, aut præter modum lubrica.

Ex **HEPATE** sympathicâ ostendunt dolor in dextro latere, adsunt alia signa hepatis obstructi vel alio modo affecti.

Ex **LIENIS** obstructione seu intemperie, si sit in sinistro latere dolor gravativus, habitus corporis melancholicus, color faciei lividus & urina aquosa eandem manifestant. Præcesserunt ut plurimum vel sequuntur morbi melancholici; victu æger usus fuit crasso, frigido, & sicco; hæmorrhoides & menses sunt suppressæ.

Ab UTERO affecto malum proficisci tum colligimus, cum dolor circa uteri regionem, in utroque inguine aut in dorso urgeat; item si dolor capitis adsit, palpitatione cordis; si menstrua & lochia retineantur, & quæ alia signa circa uteri suffocationem notari solent.

MESENTERIUM affectum indicabunt dolores & tumores abdominis circa mediam ejus regionem.

HYPOCHONDRIORUM & DUCTUS PANCREATICI obstructionum signa cum signis scorbuti & mali hypochondriaci haud parum coincidunt.

Ratione materialium morbificarum. Quoad vaporosam sat haftenus dictum fuit, eam ex ipsius paroxysmi brevitate colligi posse.

Nec est, ut *humorosa* explicandæ ex qua prior nempe vaporosa, in corpore existens, semper germinat, multum immoremur, cum cujusvis humoris peccantis naturam facile sit invenire, an sit pituitosus, biliosus, melancholicus, sanguineus, serosus, an verò mixtus.

Vermes monstrant præcedens dentium stridor, tremor membrorum, terror & clamor in somno, narium pruritus, saliva & lymphæ copiosè ex ore effluens, facies pallida, mox tamen incalescens & rubens, morsus & dolor ventriculi & intestinorum, abdominis frequens contrectatio, rugitus & tormina ventris, insolita ejus durities, atrophia membrorum, tussis sicca, foetor oris, singultus, vermium cum fecibus excretio.

Reliqui morbi huc pertinentes ex propriis indiciis patent.

ARTICULUS II *De signis prognosticis.*

Quod

Quod prognosin attinet circa SALUTEM & MORTEM ratione GENERIS, tunc affectum hunc merito acutum dixeris & periculosum, cum quod causa ejus obscura, tum etiam quod nobilissima pars cerebrum, ceu functionum animalium sedes, & ipsum animæ instrumentum immediatum spiritus tantoperè afficiantur, ut ne ipsum quidem cor immune esse possit.

Ceterum tamen non negandum, imperfectam seu debilem, quæque mitiora symptomata conjuncta habet, minus esse periculosam, tantoque curatu faciliorem esse, quanto difficiliorem curam exposcat exquisita, quæque aliis gravioribus symptomatibus stipata invadit.

Nec semper verum, quod *Dodonaus* lethalem esse hanc dicat, si bis invaserit. Hæreditaria curam ferè omnem respuit, acquisita felici sæpius successu extirpatur.

II. Ratione SUBJECTI incurabilis ferè est catalepsis si senes occupet, *Alex. Bened.* teste. E contra juvenes viribus adhuc pollentes haut ita difficulter ab hoc malo liberari compertum est.

III. Ratione CAUSÆ, illa quæ per consensum accidit tutior est essentiali, si præter spirituum stuporem adsit insuper ipsorum penuria, periculi plena res est, præsertim si humidum primigenium sit exhaustum, quod ipsum innuit *Hipp. lib. 3. prorrhæ.* inquiens, *quæ cum ex solutione sunt catoche & aphonia perniciose.* Ejus quam à sanguinis copia fieri asserunt, facillimam credimus curam admittere. Neque illa, quæ à pituita ortum habet, curationem prorsus respuit. Ea, quæ *melancholiam* causam agnoscit, pessimæ notæ esse dicitur, est enim fixa & contumax. Pro materiæ tamen quantitate & qualitate subjectique conditione judicium limitari poterit. *Bilis & serum nisi*

D 3

impu-

impura aut maligna existant, minus pernicioſa ſunt, cum
facile evacuentur.

Humores mixti mixto ſe habent modo.

Vermes ſi fomitem alunt, metuendum, ne epilepſia
& convulſiones ſuperveniant.

A *vino generoſo* catoche non videtur eſſe tanti mo-
menti.

Quæ *malignum* ſapit *principium* ut plurimum lethalis.

De medicamentis narcoticis ambiguum eſt judi-
cium; jam enim in doſi minore exhibita ſpiritus ſopiant,
in majori figunt omnino, dumque calidum inſitum ab in-
fluente inſtaurari nequit, penitus extinguitur. Ita de qua-
litatibus etiam narcoticorum diverſis diverſimodè ſenti-
endum erit. Credimus tamen, ut non omnis narcotiſis
facit catalepſin, ita nec omnes res narcoticas deleteriam
eam conſtituere.

II. Ratione DURATIONIS acutus & brevis dicendus
affectus erit ratione paroxyſmi; longus etiam dici poterit
ratione totius decurſus. Diutiſſimus eſt melancholicus
ubicunque locorum ſtagnaverit melancholia. Seroſus
& bilioſus breviffimi. Pituitoſus mediò ſe habet modò.
Quæ à vermibus fovetur, hæc evacuatis iis ſimul ceſſat. O-
mnium breviffimus eſt, qui à vini potu, ſeu *νεγανάλυ*
deſendit.

III. Quoad MODUM EVENTUS, terminatur ad ſa-
lutem ſi vires reſpondent; extemplo autem ſi reſolvun-
tur, mortem comitem habebit certiffimam. Ceterum
larga ſanguinis per nares effuſione liberatum juvenum,
memorat *Ætius lib. 6. cap. 4.*

Scribit *Ballon. lib. 2.* quod ſervus equitis Torquati fe-
bre lenta & quartana duplici laborans, catalepticus factus,
morte

morte morbum finiverit. *Mensum & hamorrhoidum fluxus* superveniens insvetus salutaris.

Nonnunquam in epilepsiam mortiferam terminatur: Aliquando in alium soporosum affectum, quemadmodum in lethargum mutati mentionem facit. *Dodon. in annot. ad cap. 46. de abditis rer. caus. Benivenii.*

CAPUT VII.

Δεραπυτολογικόν.

EXpeditâ diagnosi & prognosi, in quibus omni morbi videbatur cardo verti, facilius nunc patet aditus ad inventionem eorum, quæ ad finem ipsum obtinendum perducunt, quippe docente *Philosopho 7. Polit. cap. 13.*

Δύ' εἰσὶν ἐν οἷς γίνεται τὸ εὖ πάσιν, τέτιν δ' εἰσὶν ἐν ἑσθῇ ἐν τῷ τὸν σκοπὸν κείδω, καὶ τὸ τέλος τῶν πράξεων ορθῶς. ἐν τῷ πρῶτῳ τὸ τέλος φερούσας πράξεις εὐρίσκων: Duo sunt, in quibus omnibus benè agendi consistit emendatio: Unum, ut propositum & finis recte agendi subjaceat: aliud, ut eas, quæ ad illum finem ferant, actiones inveniamus.

Inveniuntur verò actiones per indicationes seu methodum, quæ absolvitur consuetâ illâ indicationum trigâ: *θεραπευτικῆ, curatoriâ, προφυλακτικῆ, preservatoriâ & ζωτικῆ, vitali.*

CURATORIA respicit ipsum symptoma & paroxysmum præsentem, ubi, si exquisitus fuerit, ac deglutiendivis in totum ablata, conveniunt saltem externa, quæ spiritus animales sopitos ad motum excitare valent, qualia sunt ex alterantibus & roborantibus cephalicis aromatica, spirituosâ, quæ specifica simul pollent virtute. Eadem in debili

bili, si deglutitio superstes, cuius exemplum refert *Fernelius* lib. 2. cap. 15. *pathol.* intus & extra adhibita certissime symptomatis effrænam licentiam temperabunt. Intemperies cerebri & inferiorum viscerum per contraria alterandæ. Urgentibus de hinc aliis symptomatibus sedulo prospiciendum medicamentis iisdem propriis.

PRÆSERVATORIA respicit materiam antecedentem cum causis suis generantibus, foventibus & excitantibus morbificam ceu mali mineram, & prohibet, ne paroxysmus regeneretur, dum nimirum humores vitiosos evacuare, revellere & derivare jubet. In primis verò *μίασμα* catalepticum, spiritum sylvestrem narcoticum per sensibilem & insensibilem discussionem expellere suadet. Venenosis insuper & malignis qualitatibus alexiteria opponenda monet.

VITALE punctum absolvunt confortantia viribusque robur afflantia medicamenta & diætata.

Præsidiorum materia ex triplici fonte petitur Chirurgico, Pharmaceutico & Diætetico.

CAP. VIII

Χειρουργικόν.

EX fonte chirurgico derivatum præsidiorum palmarium audit VENÆSECTIO, utpote *ἰχυρὸν καὶ μέγα βοήθημα*, auxilium potens & magnum, in curationis & præservationis actu efficacissimum.

In curationis actu habetur absolutè respectus ad ipsum paroxysmum, ubi venæsectio *ἴαμα κενωτικὸν καὶ ἀνλησαστικὸν ὡσπερ*, evacuatorium & revulsorium quasi, admitti quandoque potuit, imprimis ubi absq̄, hoc præsidio vaporem ca-
lepti-

talepticum abigere nequimus intimè sangvini permistum.
In actu præservationis primariò causa attenditur antece-
dens, dum nimirum sangvis vel quantitate, vel motu *Δι-
χωρήσεως καὶ ὀργασμῶ* peccat. Quia in plenitudine venæse-
ctio indicatur, *ὡς περ ἱάμα καὶ βοήθημα ἡγεμονικὸν καὶ κενωτικόν,*
remedium & auxilium principale & evacuatorium. Vel
peccat ut causa sine qua non, quatenus excrementitiis im-
puritatibus scatet, & cacochymicus est. Hujus quantum
si minuatur præter *Διχωρήσεως καὶ ὀργασμῶ* etiam *ζέσεως*
motus impeditur.

Hinc sangvinis *quantitas* emittenda ita determinan-
da est, ut, si sangvis peccet quantitate, in majori quantita-
te detrahatur: In minori, si peccet ut causa sine qua non,
quia impurus & cacochymicus est. Hanc etiam quanti-
tatem moderantur aliquando ætas, sexus, tempora anno-
rum & vires.

Tempus commodum in ipso paroxysmo expectare,
non licet, siquidem effectus moram non patitur. Extra
paroxysmum convenit matutinum. Ad præservationem
vernale & autumnale tempus est aptissimum.

Locum indicat pars ipsa affecta. Hinc, si totius cor-
poris adsit plenitudo, *mediana* eligenda; si caput princi-
paliter afficitur, *cephalicam* aperire venam jubent. Viden-
tur etiam aliquid operis conferre *vena sublinguales* aper-
tæ. Ad majorem tamen revulsionem vena in pede com-
modissima & utilissima est. *Hæmorrhoidum* apertionem
suvat *Alexander Massar. lib. 1. cap. 15.*

Cucurbitula venæsectionis vicariæ, cum & sine scari-
ficatione revellendo pariter & evacuando expectationi
satisfaciunt.

Scarificatæ cervici, brachiis & cruribus adhiberi so-
lent.

E

Non

Non sacrificata modò scapulis, modò occipitio & futurarum commissuris, nunc inguinibus adhiberi solent ad revellendos & discutiendos flatus.

Arteriotomia an hic mereatur prærogativam exinde, quod in arteriis fiat propriè dicta revulsio, in medio relinquimus. Novimus autem, in soporosis affectibus ejus usum valdè esse efficacem. Videatur *M. Aurelius Severinus de Medicina* efficaci.

Hirudines hæmorrhoidibus applicantur à multis non sine fructu, licet non pauci ab horum usu abhorreant.

Friktiones propè occiput in scapulis & partium extremitatibus multum operis pollicentur. Ut & *vincula dolorifica* extremis injecta potenter à parte affecta revellunt.

Vesicantium usum in cervice, pone aures, imò, in toto capite capillis derasis, ad capitis morbos contumacissimos facere observavit *Septalius lib. 6. animadvers. 55.*

In eundem usum conspirant *dropaces, sinapismi & phænigmi*, sed mitiores sunt.

Cauteria actualia & potentialia ad fonticulum inducendum debitè instituta in futurarum coalitu, cervice, brachiis. Imò pedibus, utilem pollicentur operam. Sic pariter conducunt *setacea in cervice.*

Peñtinationes horum omnium agmen claudunt.

CAP. IX

Φαρμακολογικόν.

ARTICULUS I

De

De Lenientibus.

INter cetera, quæ fons pharmaceuticus suppeditat præsidia, commendabile nomen est *lenientium*, quæ ab Arabum interpretibus benedictæ medicinæ appellantur, ab operandi benignitate, quod citra molestiam alvum laxent & leniant, sive emolliendo sive detergendo, sive moderatè stimulando id præstent. Hinc laxativa Latinis dicuntur & lenientia, Græcis *ἐκκροτησινὰ*, à stercoreum evacuatione, licet etiam alios humores evacuent.

His sicut in morbi cujusvis initio, paucis exceptis circumstantiis, utimur, ob rationes nemini non notas: ita nihil obstat, quo minus in præsentem primum his in præsidiorum ordine tribuamus locum.

Nec est, quod amplius sollicitum habeat medicum, in morbi causis & invasionibus, an his magis conducibilia sint, an verò illis. Ut enim causas sileamus, quibus omnibus extra paroxysmum indubitato primum subducunt fomitentem lenientia per os assumpta: sic in proptatulo est, in ipso paroxysmo externis per anum injectis potissimum fieri revulsionem & evacuationem.

Quod attinet lenientium materias, peti possunt ex suis locis, & in formulas pro lubitu concinnari, ex gr. in *cacochymia phlegmatica*:

Rx. elect. lenit. de manna ℥i.

℥i Olati ℥℞.

diacryd. gr. iij.

elaosach. fœn.

cinnam. āā. gr. IV.

M. F. Eleſtuarium.

*D. in ſitili, S. Eröffnungs Lattweg
uff einmahl.*

E 2

In

In biliosa:

Rx. mass. pil. de aloë rosae.
violat. āā. ℥℔.

magist. scamn. rosae. gr. V.

cum sirup. de cich. c. rhab.

F. pil. n. XXV. adspargantur pulv. sant. rubr.

D. in chart. S. Laxierpillen auf einmahl.

In melancholia insigniter prodest infusum feri lactis caprini & fumariae cum decoctione.

Rx. feri lactis capr. ℔i.
herb. fumar. Miß.

infundantur per noctem manè post lenem decoctionem colentur

Colat. adde sirup. ros. solut. vel de epithymo Mesue ℥j.

Aq. cinam. parum, M. in fictili S.

Laxier-Trancß auff 2. oder 3mahl.

Inter externa non sine ratione tantopere clysterum virtus extollitur, cum non tantum localia sint medicamenta intestinis dicata; verum etiam aliis remotissimis partibus. In capitis affectibus omnibus horum eminent revulsoria vis præ omnibus. Apud Italos & Gallos tanti habentur, ut cuius morbo promiscuè adhibeantur.

Apud nos, inquit *Mercatus lib. 1. de rect. presid. usur.* tantum increvit clysterum usus, ut nullum propè malum fit, cui hoc præsidium expediri non sit compertum. Ætas nulla, sexus nullus abhorrendi ab hoc medicamento justas habet causas. Consuetudo non solum permittit, sed & commendat beneficium. In proposito affectu, practico-
rum omnium suffragiò, sunt sacra anchora; excitantur inde ut plurimum ægri, si ab his in paroxysmo repetitis vici-
bus curationem auspicamur.

Materia ingredientium est nota. Formulæ paradigma

digna sit sequens revulsorium in causa melancholica & flatulenta:

Rx. rad. polyp.	anif.
flic. mar. āā. ℥ij.	fœn. grac. āā. ℥iij.
herb. fumar.	prun. dulc. par. VI.
aspren.	Coq. in suff. q. ▽. font.
parietar.	Colat. ℔. i. add. ☉ anethi ℥℔.
malv. āā. Mis.	vel ℥ij.
flor. chamomill.	Confect. Hamech.
lavend.	Diacarbol. āā. ℥℔.
centaur. min. āā. Mi.	☉ ♀ i. ℥j.
fol. sen. Alexand. ℥℔.	M.F. Clyster. D. in Vesica
fibrar. helleb. nig. ℥ij.	cum siphon. & bombacis
sem. lini.	modico.
fœnicul.	

In pituitosa & quacunq̄ tenui materia convenit sequens:

Rx. Rad. ireos nostrat.	fœnicul. āā. ℥℔.
belen.	Agarici
pœon. āā. ℥j.	Colocinth. in petia ligat.
bryon. ℥℔.	āā. ℥iij.
Fol. calamintha.	Coq. in suff. q. ▽. font.
origan.	Col. ℔j. add. Elect. Bened.
majoran. āā. Mij.	laxat.
Flor. chamem.	Diaphœnicon. āā. ℥VI.
spic.	Mell. scillit. ℥℔.
verbas. āā. Mj.	☉ gem. ℥j.
Sem. anif.	M.F. enema. D. ut prius.

Ad lenientium classem spectant SUPPOSITORIA, quorum usum commendant nonnulli post applicationem enematis, ubi segnior fuerit facultas alvi expultrix. Pari cum fructu in principio adhibentur ad stimulandam alvum.

Rx. Spec. hier.	Castor. ℥℔.
diacolocynth.	☉ gem. ℥j.
Sem. rut. āā. ℥℔.	Cum melle coctō fiant glandes.
	E 3 Horum

Horum per alvum lenientium succedanea sunt vomitoria leniora, quibus itidem eliminatur materia in primis viis hærens.

Rx. Fol. asar. num. V.
Flor. genist. p. ij.
Sem. citr. aurant. āā. ʒj.
Infund. per noctem in ▽ flor.
tilia cum vino destill.
Colatur. cras mane facta adde

magist. gum. gutt. gr. iij.
Sirup. de epirbym. ʒʒ.
▽ cinnam. parum. M.
D. in fistili, S. Brechträncklein
auf einmahl.

ARTICULUS II De digerentibus & præparan- tibus.

Lenientia excipiunt præparantia, quæ eum in finem purgantibus propriè dictis præmittuntur, ut corpus reddant ἄρρον, fluxile. Fluxile autem fit corpus 1. cum viæ redduntur liberæ aperientibus & laxantibus. 2. humores redduntur fluxiles, crassi incisione, tenues incrassatione, lenti deterfione, mordaces attemperatione. Undè cum nō in eodem loco ejusmodi humores stagnet, dirigenda sunt ad ipsam partem affectam.

Alia horum sunt *universalia*, alia *particularia*. Propinantur quantitate discreta horis matutinis & vespertinis.

Universalium nomine circumferuntur *Mistura simpl.*
Elixir. prop. ☿ ☉ lat. Crem. & Crystall. ☿i. Spir. aperit. Pe-
not. Clyss. & c.

In *cacochymia pituitosa*:

Rx. Aq. flor. pæon.
lilior. convall. cum
vino distill āā. ʒj.
Sirup. de stach. Arab.
beton. āā. ʒʒ.

Spir. ros.
lilior. convall. āā. ʒj.
M. D. in fistili S. Digestiv-
träncklein 2. Löffel voll
auf einmahl.

In

In biliosa.
Rx. Sirup. de endiv. nymph. āā. ʒj.
granat. āā. ʒVI. Spir. Oli philos. gutt. XX.
Aq. endiv M. D. in fictili S. Kählender
cichor. Julep auf etliche mahl.

In melancholica colluvie.
Rx. Rad. filic. fenic.
polyp. āā. ʒVI. citr.
Herb. cuscut. Cor. tamarind.
asp. capp. āā. ʒj.
meliss. āā. MS. Coq. in suf. q. ▽ font. ad dimid.
Flor. pæon. Colatur. Rx. ʒi. B. adde
borrag. Sirup. de stæch. Arabic. ʒVI.
bugloss. āā. p. j. de pomis dulc. ʒij.
Sem. ruta. M. D. in fictili S. Eröfnungs
Träncklein uff einmahl.

In serosis humoribus summè proficuum est serum la-
ctis caprinum cum floribus violarum purpurearum alteratū.
Humoris tenuitas corrigitur sirup. de papavere & aliis
incrassantibus.

In pluribus simul peccantibus humoribus :

Rx Crem. ʒj. ʒj. Elæosaceb. cinnam. gr. VI.
ʒi ʒlati M. D. in chart. S. Weichpül
Pulv. cachet. Quercet. verlein auf 2 mahl.
Fæcul. ari āā. ʒB.

ARTICULUS III

de propriè dictis purgantibus

Locum post præparantia proximum sibi vindicant
purgantia propriè dicta. De his severum videtur
Alexandri Messarie iudicium lib. i. cap. 15. autumantis,
exinde in præsens nullò modò conducere, quod materia
non solùm sit cruda, sed etiam quam maximè rebellis, ut
sine

sine multa violentia magnoque periculo trahi non possit. Verum si penitus paulo examinemus verba *Massariae*, videntur ad ipsum paroxysmum collimare, sicque nostrae opinioni non adversari.

Neque I. hic mens est purgandi humores in ipso paroxysmo, multo minus quam crudos; sed quam subinde praeparatos & coctos, observatis insuper aliis observandis. Jam enim purgantium quaedam respiciunt totum corpus, vel partem determinatam; humores modo simplices, modo compositos.

Hinc etiam ad partem ipsam affectam & causam materialem sedulo respiciendum. Proinde ob insignem nonnullorum fermentationem ita moderanda dosis est, ne malum in pejus ruat.

Exhiberi solent horis matutinis jejunum stomacho in convenientibus vehiculis.

Ex praesidiis illa tantum adducimus, quae pro morbi statu faciunt. *In pituitoso:*

Rx. Pulv. laxat. vegetab. Rosinc. ℥j.

scammon. ꝯat. gr. iij.

elaosacch. faenic.

anthos. aa. gr. ij.

M.D. in charta S. purgier Pulverlein auf einmahl.

Rx. conserv. ros. ℥ij.

resin. gialap.

elaosacch. faenic. aa. ℥℔.

cum sirup. de cinnam. f. l. a. bolus.

D. in charta S. Purgierzucker uff einmahl.

In melancholico:

Rx. Extract. helleb. nig.

folior. senae aa. ℥℔.

cum sirup. de cinnam. fermentur

pil. No. XXI. Adspargantur pulvere cinnam.

D. in charta S. Purgier Pillen uff einmahl.

Pro

Pro mixtis humoribus:

℞. Scammon, rosat.

santalini. āā. ℥j.

Pulv. gialap. resinos.

mechoacann.

sen. Montagn.

polychr. rubr. āā. ℥℞.

Spec. diamb.

diamosch. āā. ℥℞.

Sacch. in ∇ meliss. solut. q. s.

℞. l. a. morsuli pondere ℥℞. vel ℥j.

ARTICULUS IV

de vomitoriis.

Medicorum summa est cura, ne in operando naturam turbēt, sed si spontē videatur moliri vitiosi humoris eliminationem, omnibus modis eam juvent. Atq; dū vident eandē convenientissima quæq; & proxima eligere excretionis loca, materiæ cuius peccanti aptissima, in iis quoq; promptissimè expediendis strenuè occupantur. Sic humor vitiosus & crassus, versus mesenterium & intestina propulsus, evacuatur feliciter alvò ptius stimulatâ: sic viscidior & feculentes in abditissimis hypochondriorum latebris detentus ad ventriculum, ceu proximam partem vergens, juvatur ventriculi commotionibus, quæ excitantur à medicamentis nauseabundis & vomitoriis.

De his proximum est ut agamus. Indicantur enim in nostro affectu à materia, ceu dictum, in hypochondriis aliisque circa ventriculum locis stabulante vel eò inclinante. Permittuntur à virium robore ætate & sexu omni. Modum exhibendi quod concernit, tepidè ut plurimum & jejuno stomachò propinari solent. Materia reapse est nota:

℞. ∇ benedict. Quercet. ℥ij. cinnam. ℥ij.

D. in fistili, S. Brechträncklein auf mal.

F

℞.

R. Θ Olivomit. \mathfrak{z} ss.

\mathfrak{z} ii vita. gr. iij.

Elaosach. cinnam.

fenic. ana gr. IV.

M. D. in charta, S. Brech Pulver auf einmahl.

Involvatur conservâ fl. genistæ & deglutiatur.

ARTICULUS V

de diureticis.

Diuretica sunt duplicia; propriè dicta, quæ solùm urinam movent, & improprie, quæ insimul attenuandi & moderatè refrigerandi vim habent, rectius dicuntur & *ἰνὰ*.

Indicatur utrumque diureticorum genus à redundantibus tenuibus & aquosis aliisque serosis, lixiviosis & crassis humoribus, cum non inculpatè & sufficienter pro ciborum & potuum ingestorum copia vacuantur, sed subsistunt in vasis totius corporis, ita tamen, ut ad vias urinæ vergant.

Illæ, nempe propriè dictæ, indicantur, quòd fundant urinam, lympham & serositates ab humoribus separatas ad urinæ vias *ἀνεμὸς δίκην*, impetiosi venti in modum præcipitando; Hæc quod aquositate suâ & *λεπτομερεια*, partium tenuitate, in coagulum crassorum & melancholicorum humorum se insinuent, eos attenuent, diluant & ad evacuationem per urinam idoneos reddant.

Permittuntur à temperamento quocunque; nec ullum est viscus in toto corpore, quod vitiosam illam colluviem per ea ablegare non amet.

Tempus generale nullam patitur exceptionem. Particulare respectu morbi est declinatio, ad reliquias causæ morbificæ exturbandas, postquam saburra in primis, secundis

dis

dis & tertiis viis per alvi subductionem fuit expurgata. Re-
spectu diei eligitur tempus matutinum circa horam no-
nam coctione absoluta & alvô prius depletâ.

Ex præfidiorum materiis conflatum paradigma præ-
stabit sequens:

Rx. Spir. Oli.

Os.

¶i. ãã. ʒß. M. D. in vitro,

S. Urin treibender Spiritus.

Vel

Rx. rad. alb.

glycyrrh. rasa.

petroselin.

asparag. ãã. ʒß.

Cicer. rub. ʒj.

Hord. mundat. Mß.

Pasul. maj.

min. ãã. ʒiij.

Sem. malv.

alb.

4. frig. maj. ãã. ʒj.

Caric. ping. Nō. XVI.

Coq. in suff. q. ▽ font.

Colat. Hi. add.

¶ Os. Oli ãã. ʒß.

D. in scitili, S. Treib, Träncklein auff 3. oder 4 mahl.

Vel

Rx. Julep. diuret. Hartm. ʒV.

¶ Os. ¶i. ãã. gutt. V.

M. D. in scitili, S. Harn treibender Julep.

Quibus tamen medicamenta propter diuturnum u-
sum sunt fastidiô, *vis sacra bæum majalem unctuosum pecti-*
ni applicamus in sacculo; vel cantharides VII. umbilico:
Vel *scorpionum Matthioli renum regionem & pudenda-*
inungimus.

ARTICULUS VI
de diaphoreticis.

INter omnia potissimam salutis spem præbent *diaphoretica*, utpote quæ spiritum sylvestrem, ceu causam mali efficientem, ejusque mineram humorosam & malignam præ reliquis omnibus mediante resolutione & discussione per insensibiles corporis meatus per *ἀδελον ἢ ἀδελον ἀεπινοήν*, manifestam vel insensibilem transpirationem evacuare valent.

Indicantur proinde à primaria causa, ut dictum, spiritu sylvestri, animales domesticos congelante. Deinde ab aliis etiam humoribus sanguineis, biliosis, pituitosis, melancholicis, serosis, aqueis, in massa sanguinea & extra eam contentis lixiviosis, falsis, ejusdem naturæ cum illis quæ per urinam excernuntur, quippe *ὁ δ' ἰδρῶς, inquit Galen. 10. de simp. med. facult. cap. de sudore, ἐν τῇ καὶ τῆν ἐν σώματι ἔξω ζῶντων ὑγρῶν, ὅλην τε τὴν αὐτὴν ἔχον καὶ τρόπον ἕρσιως τὸν αὐτὸν τοῖς ἕρσις. Sudor unius ἔστι hic est, humorum in animalis corpore provenientium ἔστι eandem habens materiam ἔστι eundem generationis modum cum urinis.*

Permittuntur ab humidioribus naturis, viribus adhuc constantibus.

Tempus anni generale præservationi accommodatum est vernale & autumnale. *Particulare* respectu morbi est declinatio signis coctionis apparentibus. Respectu diei, matutinum tempus est commodissimum. Institui possunt aliquot vicibus vel in lecto, vel in balneo Laconico ad duas vel tres horas. Cautelas vide in Ord. & Method. *med. spec. comment. ὡς ἐν ἔρ. Rosinc. lib. VI. sect. 1. cap. 12.*

Materia ibidem & passim ex autoribus colligitur.

℞. Q. dia.

℞. ꝑ diaph. ꝑb.
bezoard. min. gr. IV.

M.D. in charta S. Schwizpulver auf einmahl.
Vel

℞. Sem. Card. bened.

ꝑœon. āā. ℥ij.

Δ. flor. til.

sambuc. q. s.

f. l. a. emuls.

Colat. ℥ij. adde Magist.

perlar. ꝑb.

Pulv. bezoard. alb. Rolfinc.

ꝑ diaph. āā. gr. VI.

Sacch. perlat. q. s. ad sap. grat. D. in fēfil. S.

Schwizmilch.

Vel

℞. bezoard. Dnar. gr. VI.

cinnab. ℥ij. gr. iij.

conser. ras

flor. tun. āā. ℥j.

M. f. bolus, D. in charta S.

Schwizzucker uf inahl.

ARTICULUS VII

de flatu discutientibus.

Diaphoreticis familiaria & ejusdem ferè generis sunt flatu discutientia seu carminativa. Unde partim ex diaphoreticorum serie mutuuntur, partim ex proprio fonte petuntur.

Ex horum penu prodeunt 4. semina carminativa, anisi, fœniculi, carvi, cumini, ammeos, dauci, agni casti, anethi, centareum min. bacca juniperi, castoreum, ꝑ diaphoreticum, ꝑ vini, ꝑ tri, ꝑ fœnicarv. juniperinum & eleosacchara ex iisdem parata &c.

℞. Δ carm. Dorncrell. ℥ij.

Sirup. de duab. rad. ℥j.

F 3

coch.

℞ cochlear. ℥iib.

Clyff. ℥ii. Kesler. ℥b.

M. D. in scitili.

Vel

℞. ℞ O dulc. anticolici ℥iib.

D. in vitro S. Spiritus wider die Dünste 12.

Tropffen uff einmahl. Δ

Tinctura Cortic. aurant. cum Sp. ℞. *et parata magni fertur
esse auxiliō ℞j.

ARTICULUS VIII

De evacuantiis particularibus.

Evacuantia particularia, quæ caput respiciunt, & exinde caput
purgia vocantur, sunt triplicis generis.

Errhina, sternutatoria & apoplegmatismi.

Indicantur secundum veterum dogmata ab excrementiis
humoribus in ventriculis & substantia cerebri collectis. Secun-
dum recentiorum arbitratū ab omnis generis humoribus excre-
mentitiis, per arterias & ductus salivales, ad os & nares derivari
consuetis, quâ ratione, dum influxum humorum intercipiunt, per
accidens caput purgia vocantur, & usu parum inter se differunt.

Permittuntur ab omni ætate & sexu.

Sternutatoria, ob motus, quos excitant, violentos, in epile-
psia noxia sunt, unde & in catalepsi, quæ in illam facilè mutari pot-
est, suspecta sunt, iisque commodius errhina & apophlegmatismi
substituuntur. Usurpantur post evacuationem totius corporis,
horis matutinis, jejuno ore. *Materia & exhiendi modus va-*
riant.

Paradigmata errhinorum:

℞. rad. irid. flor. ℥ij.

euphorb. ℥j.

mastic. ℥b.

Pulverisat. M. S. Slus Pulver.

℞. succi anagallid.

beta recent express. āā. ℥b.

▽ ma.

▽ major. ʒiʒ.

cinnam. ʒi.

M. D. in fistili s. **Flußwasser.**

Apoplegmatis morum :

Rx. rad. pyreth.

euphorb. āā. ʒi.

cubeb. cardam. āā. ʒij

mastich. ʒi.

mesch. ambr. āā. gr. IV.

cum gum. tragacan. in ▽ ros. solut. f. rotula

S. **Flußlösende Küchlein im Munde zu halten.**

Rx. rad. ireos, pyreth. ā. ʒi.

zingib.

mac. caryoph. ā. ʒʒ.

pip. long. ʒi.

mel anthosaf. qf.

R. elect. D. in fistili s. **Lattwerg zur Abführung des Schleims**

an die Zunge und Gann zu streichen.

ARTICULUS IX

De alterantibus & confortantibus.

HActenus de auxiliis therapeuticis, quæ materiam generatam respiciunt, egimus. Nunc recto tramite tendimus ad ea, quæ causæ generanti opponuntur & ἀλλοιωτικά, alterantia, ceu qualitate contrariâ partium mandantium & recipientium, in primis affectæ partis intemperiem modo calefaciendo & humectando, modo refrigerando emendantia vocantur.

His annumeramus ἰσχυρωτικά, confortantia tonumque capitis & cerebri conservantia. Adhibentur internè & externè. Ex horum tanta farragine aliquot saltem placebit formulas concinnare.

In intemperie cordis & hepatis frigida:

Rx. Conserv. meliss.

Flor. aurant.

citr.

caryophil. hortens. ā. ʒʒ.

Cin.

Cinnam. pulver. ℥ij.
Species diameg. cal.
Confect. alchem. ā. ℥j.
Sirup. corall. rubr. Quercet.
q. s. f. Eleē. obducatur fol. ☉ S.

Gulden Lattweg.

In calida :

℞. ▽ cichor. acetos. endiv.
nymph. āā. ℥℞.

Julep. violar.

Sirup. rubr. idet.

granat. acid. ā. ℥i.

Tinct. rosar. ☉ lat. q. s. ad grut. acor. M. D. in fictili, S. Herz
und Leber kühlender Julep.

In intemperie lienis frigida & melancholica :

℞. Elix. prop. Paracels.

☉ cochlear. āā. ℥i.

M. D. in vitro. S. Wiltz Elixier / 21. Tropffen
auf einmahl.

Vel :

℞. Mistur. simpl.

Sirup. fumar.

āā. ℥i.

M. D. in vitro, S. Wiltz Essenz 30. Tropfen auf
ein mahl.

In intemperie ventriculi frigida & pituitosa :

℞. Tragea stomach. Quercet. ℥iv.

D. in scatula S. Magen Triseneth.

Vel

℞. Eleosacch. stomach. Rolfinc. ℥ij.

D. S. Magenpulvers

In cerebri dispositione frigida.

℞. Eleosacch. compos. moscardini
ambrati ℥s.

In scatula S. Hauptstärkung.

Vel :

℞. CC. philosoph. prep. ℥j.

Bezoard.

Bezoard. ℞ gr. viij.

In charta S. Hauptstärckend Pulver auf 2. mahl. Detaric
vehiculo appropriato.

Vel:

℞. Conf. flor. tunic. ℥ss.

Confect. alchem. ℥i.

Pulv. Marchion. ℥ss.

Cinnab. ℥ii gr. V.

M. S. Hauptstärckender Zucker.

EXTERNE conveniunt *suffimigia, cucupha & adomenta.*

Intemperies uteri frigida, à qua mensium defectus, suffo-
catio & catalepsis oriri possunt, corrigitur calidis uterinis & em-
minagogis, quæ suis ex locis petantur. In maligna qualitate u-
timur præter enumerata alexiteriis & alexipharmacis, imprimis
theriaca magni æstimatur.

ARTICULUS X

de balneis thermis & acidulis.

EX balneis alia sunt *naturalia*, alia *artificialia*; quædam
universalia, quædam *particularia*. Naturale balneum
simplex aquæ dulcis in solio ad alterandos, humectandos
resolvendos, imò discutiendos omnium viscerum humores est u-
tilissimum. *Thermale* in crassis. *Freis* mucilaginis resollen-
dis præ ceteris est occupatum.

Artificialia parantur ex varii generis simplicibus, cordiali-
bus, hepaticis, spleneticis, uterinis modò calidis, modò tempera-
tis, pro indicantis conditione

Ceterum in omnibus capitis & inferiorum viscerum intem-
periebus alterandis *lotines pedum* summam mereri laudem expe-
rientiâ compertum est, si ex appropriatis parentur.

Ita capitis lotiones, ex cephalicis paratæ, non parum auxilii
conferunt. Quidam huc referunt inunctionem spinæ dorsi cum
oleis & unguentis calefacientibus nervinis, ceu sudoriferum at-
trahens remedium.

Tempus ad instituenda ejusmodi balnea convenientissimum
est

est ratione morbi declinatio, ratione diei, tempus matutinum, coctionibus absolutis & evacuato prius corpore. Materia peti- tur ut plurimum ex vegetabilium regno, aliquando etiam ex mi- neralibus & animalibus desumitur.

Formulas ut addamus, locus & instituti ratio non permittit.

Ab acidulis etiam, ut sunt *Egrana, Schwalbacenses, Spadanae*, excremento humores, cujuscunque sint generis, potentissime profligantur, viscera autem alterantur & confortantur.

ARTICULUS XI

de inunctione Mercuriali.

Heroicum hoc praesidium verbo saltim attingamus, de cu- jus mira efficacia in melancholicis morbis, ceteris reme- diis omnibus aliquot annis in vanum tentatis, multorum experientiae testantur. Vide incompehensibiles dolores capitis curatos, epilepticos, maniacos & alios exinde perfanatos in *Ord. & method. med. spec. comment. us ev veter. Rolsinc.* Cautela ibi- dem observentur.

ARTICULUS XII.

de repellentibus & discutientibus.

Topicorum usum, imprimis repellentium ante clysteribus re- vellentibus applicatis & vena sectione administrata non de nihilo esse confirmamur tot practitorum suffragio. Nec enim rationi repugnat, posse per ejusmodi vaporum sylvestrium repulsionem spirituum excitationem promoveri. Speciatim vero in oxyrrhodino multum spei locant, quod *Paulo auctore* aestate frigidum, hyeme tepidum apponendum est, & propterea pro- pter periculum siccitatis parca admodum acetum recipit. *Ale- xandr. Masaria* iudicio optimum foret, si oleo rosaceo admisce- ritur oleum amygd. dulc. e. g.

o. rosat. ʒj.

amygd. dulc.

recent. ʒj.

Aceti ʒj. M.

Discu-

Discutientia epithemata calidè imponi debent. Unde materia remedium aliquantulum cocta esse debet & ex cephalicorum calidorum vel temperatorum & flatus discutientium penuriam mutuata.

CAPUT X

ΔΙΑΙΤΟΛΟΓΙΚΟΝ.

In naturali Diata ita victus rationem habeat æger, ne quantitate excedentem, qualitate nocivam; sed morbo & causis contrariam partique affectæ amicam eligat.

Præstat in *melancholica* & *pituitosa* causa victus tenuis & calidus, vel saltem temperatus; in *biliosa* & *serosa* quodammodo crassior; abstineat à vaporosis, falsis acibus & dulcibus fermentum excitantibus & cerebrum vaporibus nocivis implentibus; Carnes vitet crassas, sale conditas fumòque induratas. Omnia legumina proscribat, in deliciis autem habeat carnes temperatas pullorum, turturum, perdicum.

Vinò utatur tenui vel *cerevisiâ* bene defæcatâ. *Fontanenus* lib. 1. laudat mulsam.

In animali eligat aërem in *biliosa* moderatè frigidum & humidum, in *pituitosa* calidum: In *melancholica* calidum & humidum; In *serosa* siccum.

Corrigatur insuper suffitibus cerebrum confortantibus.

Motu & quiete, somnò & vigiliis utatur moderatè. Excretæ & retenta modum servent in substantia, quantitate, qualitate, tempore, loco & ordine.

In vitali caveat à motibus animi ira, amore, mærore, terrore, studiis intentis, & vitam agat ubique tranquillam & moderatam.

F I N I S.

In Distentia... calide imponi debent. Unde ma-
teriam remedium ad quatuordecim cocta esse debet & ex phalli-
corum calidiorum vel temperatorum & hanc distentiam per
manuata.

CAPIT X

In materia dicitur hic vixit... in materia dicitur hic vixit...
te excedentem, dicitur hoc vixit... & carnis coars-
tam partem afficit. Arteriam colligit.
Præstat in materia dicitur... in materia dicitur...
fidus, vel saltem temperatus; in materia dicitur...
colligit; afficit; in materia dicitur...
tum existens; in materia dicitur...
Carne vixit... in materia dicitur...
gama præstat, in materia dicitur...
pullorum materiam præstat.

In materia dicitur... in materia dicitur...
liberatur materiam.
In materia dicitur... in materia dicitur...
materia dicitur... in materia dicitur...
dum; in materia dicitur...
Corporum materiam præstat...
in materia dicitur... in materia dicitur...
in materia dicitur... in materia dicitur...
in materia dicitur... in materia dicitur...
in materia dicitur... in materia dicitur...

F I N I S




3
ULB Halle
004 795 92X




SB

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

1671, 22

22

AUGURALIS MEDICA
DE

ALEPSI,

Quam

Assistente Gratia

*Auctoritate Illustris &
vniuersitatis Asclepiadei in incli-
tam Athenarum,*

ÆSIDE

VIRO

Excellentissimo ac Experientissimo

THEODORO

Medicinæ Doctore & Theo-

Publico Celebrissimo,

receptore suo æviternum devenerando,

PER LICENTIA

ca Honoribus ac Privilegiis Do-

ctorum & legitimè obtinendis,

*ἡ τῶν Φιλιατρῶντων censura ex-
hibet*

STOPH. MOEBIUS,

Thuringus,

MAIORI

Ob. horis consuetis.

GENÆ

ANNO MDC LXXI.

